



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 24. Illustrati Virgiliani versus è quarto Æneidos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Illustrati Virgiliani versus è quarto Aeneidos.

CAPV^o XXI^{II}.

FEROREM illum quo correpta est Dido, cū cognosset, captum iam esse Aeneas abeundi consilium, ut magis exprimeret optimus poëtarum, comparavit eam cum duobus, qui sāpē in tragediis frarentes inducebantur, Pentheo & Oreste, noti sunt illius versus:

*Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheum,
Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.
Aut Agamemnonius sceni agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Cū fugit, vtricēisque sedent in limine Diræ.
ac Seruius eorum exemplorum vtrumque à Pacuvio
sumptum est dicit, qui furentem induxit Pen-
theum, idemque fecerit Orestem sedentem in Apol-
linis templo, neque audentem egredi: quod comitau-
furiis matris umbra limen templi obsideret, neque si-
nè insicias iuerim, potuiss^e Virgilium hoc à Pacuvio
sumere. mihi tamen nescio quo modo verisimilius fit,
hansisse cum ex ipsis fontibus, atque ex Æschylo po-
tius, & Euripide, quam à Pacuvio, ornamenta operi
suo quæsiisse. apud Euripidem quidem in Bacchis in-
loquitur Pentheus:*

*Kαὶ μέν ὅργην μοι δύο μὲν ἡλίους δοκεῖ
Διάρδες δὲ Θήβας.*

*Videre video iam duos soles mihi,
Dupliscēisque Thebas.*

apud Æschylum autem in Eumenidibus ea spectan-
tur, quæ Latinus poëta de Oreste perstringit, aut ig-
tur à Græcis illa repetiuit, aut à Pacuvio, qui eas, quis
nominaui, fabulas verterat.

MARCI